



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pe pagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

cvii. Adhuc de vomitu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

Ac si comedere non valeat, solum sanguinem bibat. Quod si nihil horum profuit, murem aut vespertilionem ei dari conueniet, & reficietur.

*Adhuc de vomitu.*

**B**UTYRVM mel, spuma nitri, nigræ columbae simus, lumbrici, qui ad filum tandiu pependerint, dum sint arefacti, lotium humanum, vini paulum. omnia misceantur, hisque caro conspersa detur accipitri. Sunt qui vespertilioes quinque interficiant, ipsorumq. sanguinem vitro vase exceptum arescere sinant, & minute tritum seorsum seruent, usque dum usus necessitas requiret: tumque tres alias vespertilioes vino veteri odorato mafactas, & praedicto puluere conspersas dent accipitri comedendas.

*Ad male affectum iecur.*

**E**X iecinore laborans accipiter, aut à canibus laceratus, cognoscitur ex eo, quod tristis videtur, & pedes liuidos habet. Remedio est eruum læuigatum, subactum cum melle, in parui pastilli formam redactum cibatu datum; vel axungia